



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

V. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Conon ad matrimonium à parentibus coactus sponsæ author fuit , ut & ipsa suos in Christum amores transferret, sibi quippe statutum esse : omnem Mariæ affectum sacrare. Ratum utrinque pium fædus cœlum probavit , Angelos enim Conon sortitus est Magistros, à quibus communionis cum fructu obeundæ artem doctus est. *Nad. an. Cæl. Ut cognata, ita semper amica, est Angelis virginitas.*

S. Conon doce me eâ devotione sumptum de Maria Christi corpus sumere, quâ tu ab Angelis edoctus ejus sumptionem frequentâsti ; ne sit mihi reatus ad culpam, sed intercessio salutaris ad veniam. Utinam eâ id præparatione semper nunc accedam , quâ æternitatis viaticum aliquando sumere desidero. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima ! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities, &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum, spirituali hodie, si dies aliam non ferat; communionem, tanquam pretiosissimis Deiparæ reliquiis reficiar.

Filioli ! hæc peccatorum scala , hæc mea maxima fiducia est , hæc tota ratio spei meæ. *S. Bern. ser. de Aquadu.*

Quæstio : Utrum Angeli antequam essent gloriâ donati, sciverint Mariam Dei Matrem fore ? *v. Suar. de Angel. 9.*